BIBLIA LATINA
Klosterneuburg, um 1310/1315
Seite 113r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et omnes principes bellatorum qui erant
cum eo omne malum quod fecerat
Ismahel filius nathanie et assumpsit
viros fortes et profecti sunt ut
bellarent adversum Ismahel filium
nathanie et invenerunt eum ad aquas
multas que sunt in gabaon. Cum
autem vidisset omnis populus qui erat cum
Ismahel Iohannam filium carie.
et universos principes bellatorum qui
erant cum eo: letati sunt. Et reversus
est omnis populus quem ceperat Ismahel
de mafphat: reversusque abiit ad
Iohannam filium carie. Ismahel
autem filius nathanie fugit cum octo
viris. a facie Iohanna. et abiit ad
filios amon. Tulit igitur Iohanna fi
lius carie. et omnes principes bellatorum
qui erant cum eo. universas reliquias
multitudinis quas recuperant a Ismahel
filio nathanie de mafphat. postquam
percussit godoliam filium ayeham
fortes viros ad pugnam. et mulieres.
et parvulos et eunuchos quos reduxerat
de gabaon: et abierunt et sederunt per
grinantes in chanaam que est iuxta
bethleem. ut pergerent et introirent egip
tum a facie chaldeorum. Timebant
enim eos. quia percusserat Ismahel
filius nathanie godoliam filium
ayeham. quem preposuerat rex baby
lonis in terra iuda. Capitulum. xxx. u.

Et accesserunt omnes prin
cipes bellatorum et Iohanna
filius carie. et Iezonias
filius osaie. et reliquum vulgus a
parvo usque ad magnum. dixerunt
ad Ieremiam prophetam. Cadat oratio
nostra in conspectu tuo. et ora pro nobis
ad dominum deum tuum. pro universis
reliquiis istis: quia derelicti sumus
paucissimi de plurimis. sicut oculi tui nos
intuentur. ut annuntiet nobis dominus
deus tuus viam qua eamus
et verbum quod faciamus. Dixit autem
ad eos Ieremias propheta. Audivi. Ecce
ego oro ad dominum deum vestrum. secun
dum verba vestra. Omne verbum quod cum
que responderit dominus ad vos. nec celabo
vos quicquam. Et illi dixerunt ad Ieremi
am. Sit dominus inter nos testis
veritatis et fidelis. si non iuxta omne ver
bum quod miserit te dominus ad
nos. sic faciemus. sive bonum
est sive malum. Quod dominum deum nostrum
ad quem mittimus te obediemus. ut
bene sit nobis cum audierimus vocem
domini dei nostri. Cum autem complevissent
decem dies. factum est verbum domini ad Ie
remiam. Vocavitque Iohanna filium
carie et omnes principes bellatorum qui
erant cum eo. et universum populum a
minimo usque ad maximum. et dixit
ad eos. Hec dicit dominus deus
israel ad quem misistis me. ut proiicerem
preces meas in conspectu eius.
Si quiescentes manseritis in terra hac:
edificabo vos et non destruam. plan
tabo et non evellam. Iam enim pla
cuit mihi super malitia quam feci vobis.
Nolite timere a facie regis babylonis.
quem vos timetis formidatis. No
lite eum metuere dicit dominus. quia
vobiscum sum ego ut salvos faciam
vos. et eruam de manu eius. et dabo
vobis misericordiam et miserebor vestri. et restituam
vos super terram vestram. Si autem dix
eritis vos non habitabimus in terra ista.
nec audietis vocem domini dei
vestri dicentes. nequaquam: sed ad terram
egypti pergemus. ubi non videbimus
bellum. nec clangorem tube audie
mus. et fame non sustinebimus. et
ibi habitabimus. Propter hoc nunc audite